


Jurispr.

VIII

Fol. 90

ANONYMI
DISPUTATIO
De
OVO
ET
PULLO

IN
Formâ Consilii
ex Museo
ANDRÆ SENFTLEBII.



URATISLAVIÆ,
Sumptibus
ESAIÆ FELLGIBELII
Bibliopol.

Anno M. DC. LXI.
4



Viro Clariss.
MATTHIÆ
MACHNERO,
Reip. Uratislaviensis ab
Expeditionibus Latinis, inq;
Ecclesiastico & Orphanorum
Judiciis
Notario sollertissimo
S. P. D.

Quod de sacrosanctis i-
ppius DEI Oraculis incom-
parabile illud Ecclesiæ Chri-
stianæ column *Hieronymus, Strido-*
nensiu dulce quondam decus. haud
infestivè sano modò intellectum
sensu, pronunciavit ; *Esse* nimirum
A 2 *Scriptu-*

Ex
Hereditate
Steinwahrionis



Ex
Bibliotheca
Reg. Univers.
Vratisl.

Lit. 300903

Scripturam sacram margaritam,
quod ab omni parte perforari possit;
idem etiam de sanctarum Legum vo-
luminibus. & prudentissimus antiquo-
rum Jctorum Responsis asserere, nul-
la fors videri queat injuria, præfor-
tum si res disputationi curiosæ cõ-
missa sit, ubi nemo non existit, qui
non perforatis hinc indè Legum,
Textibus & Titulis suæ opinationis
in iisdem quærat patrociniũ, sicq;
verum faciat, quo de summi ab om-
nni ævo Justitiæ Sacerdotes con-
questi sunt; Nihil fermè in jure ef-
se, quod non idem sit controversum,
Iis putà Ingeniis, quæ mirifico &
propè incredibile contradicendi
studio flagrant, summumq; existi-
mationis suæ fastigium in eo collo-
cant, ut ne idem, quod omnes statu-
unt, videantur sentire. Quod de-
testabile Ingenii humani cacœthes
ut merito cordatiores semper re-
pudiarunt: ita, si quis liberali istã
disputandi licentia non tam in ob-
stinatio-

stinationem, quàm ingenii utatur
experimentum, non potest non,
meo quidem judicio, approbari.
Scilicet quia, quisquis sibi ipsi non
nunquam fit contrarius, & in Veri-
tate redditur certior, & Antagoni-
stæ, si quis datur argumenta veloci-
us feliciusq; infringit. Quid, quod
cùm in partem uti amq; se paratum
inveniat, singulari etiam studiorum
perfundatur amœnitate? *Maxima*
siquidem pars eorundem amœnita-
tem quarimus, ita ut indè quòd Vi-
tæ foret sine litteris, id litteræ fo-
rent sine interjuncto amœnitate
temperamento, quo omnis studi-
orum graviorum tristitia, quæ sæpè
continuatione pertinaci adduci-
tur. Atq; hinc tot Viri litteratis-
fimi vires ingenii subindè sui in hoc
studiorum genere, quotiescunq;
se se obtulit occasio, sunt pericli-
tati.

Quibus ut impræsentiarum de
aliis ne dicam, imprimis annume-

randus, quisquis ille fuerit, qui de
Ovo & Pullo in vestra facultate Juri-
dicâ ^{et Juris} amœnioris ingenii fo-
tu concinnavit. Ea Ovum repræ-
sentat, & ex hoc enatum pullum,
qui, ut ante exclusi animalis formâ
diversorum tam animantiû, quàm
inanimatorum natus fuerat operâ;
sic quoq; jam formatus vel ab uni-
versis omnibus simul, vel à singu-
lis deposcitur, aut ab iisdem simul
habetur neglectui. Ita enim ab Au-
tore, singulari quodam Ingenii a-
cumine primò universis, dein singu-
lis arrogatur, sed & vicissim iis de-
rogatur, uti ex ipsa lectione non si-
ne fructuosâ legentis jucunditate
facile elucescet. Patrem Opusculi
hujus genuinum & Patriam nomi-
nare quidē non habemus; in tran-
salpinis tamen *Italiæ oris* illud fuis-
se profatum & ipsa superioris ævi
minus Latina Jctorum phrasis, &
ingenua in primis arguit. Confes-
sio ANDREÆ DINNERI *Jcti*
Summi

Summi, & Juridica Facultatis Ante-
cessoris Primarii, inclutæ, Resp. No-
rica Consiliarii, qui hunc ingenii fe-
stivioris lusum ante septem abhinc
Iustra Auditoribus suis, & inter
hos præclaræ tum indolis, tum eru-
ditionis Viro-Juveni ANDREÆ
SÆNFILIBIO, Amico nostro,
dum viveret, communi pro Lectio-
ne publica eo, quo fuerat candore,
communicavit. Færum igitur hunc
ad Columnam quasi Lactariam ita
expositum cum nec ipse laudatus
Juris Interpret, nec Auditorum re-
liq. orum quisquam (quod nos quæ-
dem sciamus) constituerit asere,
Asellum & iure & merito suscipere
fatagebat Noster, indignum ratus
miseri corda expositum non colligere.
Eum autem, ceu memoriâ adhuc
haud difficulter repeto, vel Viro
Ampissimo BERNHARDO
GUILIELMO NUSLERO,
Illustri. simorum Principum Bregex-
sium Secretario, vel Tibi, Vir Cla-
Assime,
A 4

risime, utpote primariis suis Cor-
culis, eodem quasi Ovo prognatis,
quorum certè quidem animi sensa
tam videbantur similia, ut ovum
vix ovo videri queat similius, desti-
naverat proprium. At enim cum
Nuces Saturnaliæ homini vellica-
rent aurem, *Nüslero* eas, vel unius
nomenclationis jure esse obseren-
das, placuit hunc Tibi mancipare
uni. Sed ecce dum publico quo-
dam typorum ferculo hunc ipsum
accurat deferendum, *elegantissimi*
Ingenis hic Philologus aqve ac *Œctus*
fato etiamnum crudo, velut in ipsâ
herbâ præfectus, non sine insigni
litterarum humaniorum iutertri-
mento terris eripitur, sicq; hunc
Œgentis, unâ cum erudito in *Alani de*
Insulis Parabolæ Commentariolo,
Alcâ Veterum, aliisq; affectis jucun-
dis pariter & utilib; Opusculis no-
lens volens. non miserico dia tan-
tùm, sed & canibus ferisq; derelin-
quit expositum. Cum igitur mi-
sellus

Œllus ille pronuper admodùm in-
ter Schedas ipsiq;, scavâ bonâ à me
reperitus etiamnum aveat colligi,
constitui è vestigio, posthabito ca-
lumniarum metu, quarû ergò mens
humana expositos olim haud rarò
detreŒabat tollere, *Domino* eum
& *Patrono* jã olim destinato, *Optio-
nis* instar, addicere. Contestatus
igitur Remp. litterariam hunc *Œ-
ma* Tibi, *Amico honoratissime*,
præfati *Macarita* nomine offero,
ac, velur eidem Reip. publico com-
muniq; usu; ita Tibi do mancupio,
perŒvalissimus fore ut intra termi-
num à *Canone Concilii Valensis* præ-
stitutum vix quisquam agnoscat, &
expositis, Legum placito, & more
recepto, alimentis in familiam re-
cipiat, utpote supra ipsam vitæ hu-
manæ ætatem neglectui habitum.
Sulcipe igitur, *dulce Musarum me-
umq;*, pariter *delicium*, hoc *Ovum*,
& hunc Ovo forsan depili nudio-
rem, si rem *Catouiano* spectes vul-

tu, Pullum; sin est, ut Adfectum,
quo Te *Macarites* olim, & ego eti-
amnum ob raram tuam in eju mo-
di talibus peritiam comp'estimur,
decumanum; & vive in senio hoc tuo
venerabili *alba gallina filius*, & *Gra-
tiarum Mercurialisum pullus sempi-
ternus*. Vale. Dab. Urat. è Muséo
prid. Eid. Mart. clb Ibc Lxi.

Nominis Tui Clariss.

Cultor sincerus

JOHANNES GEB-
HARDUS Profess. & Bi-
bliothecar. Elisabethan.

Dispu-

Disputatio

De

OVO & PULLO informa Consilii.

CASUS

IN curia Barani, ver-
satur Gallus Gallinaceus
domini A, & Gallina alba domi-
ni B, quæ fecit Ovum, & galli-
na nigra domini C, quæ ovizavit,
& fovit dictum ovum, deinde in di-
cta Curia natus est pullus, quæri-
tur an dictus pullus, prædictorum sit
omnium, an nullius, an dicti Bara-
ni, an domini dicti Galli an domini
dictæ gallinæ albæ, an domini di-
ctæ gallinæ nigæ?

A 6

Parti-

PARTITIO CONSILII.

IN qua quidem quaestione tenebo huic ordinem: quia prout colligitur ex themate, faciam sex partes infra scriptas. In quarum primam arguitur, *Quod ipse pullus sit omnium predictorum.*

PARTIS I. TRACTATIO.

ET primo sic: Quando plura concurrunt in productione alicujus effectus, non debet effectus censi magis procedere ex uno, quam ex altero.

l. 3. §. 4. ex plurimis D. d. acquir. vel amit. possess. l. traditionibus 20. C. d. pactis & quod notatur a in l. per procuratorem 8. C. de acquir. possess. l. perfundum 11. D. d. servit. prad. rust. l. fin. C. d. commun. legat. & in Auth. de defensoribus civitatum in §. sed insarim. 1.

^a Per notata ubiq; Autor intelligit Aleurf. 12. glossas.

Sed

Sed sic est in proposito ut ex themate colligitur. Ergo &c.

Secundò sic: Nulli extremorum attribuendus est effectus, quorum nullum est sufficiens per se: sed communioni omnium est tribuendus effectus, quando sunt eiusdem generis, juxta illud: Et quæ non profunt singula, multa iurant.

ut l. 4. proprietatis. & l. 5. instrumenta C. d. probat. & l. 3 § 2. ejusdem D. d. testibus. & l. 9. si plures in fin. D. de pactis.

Secus si essent diversi generis, quia tunc nulli tribuitur.

ut l. 2. §. 9. amplius & l. spadonem 15. §. 11. qui jura. D. de excusat. tut. & l. 4. un. C. qui numero sutelarum.

Sed sic est in proposito, ut ex verbis thematis præsumti apparet. Ergo &c.

Tertiò sic: Effectus seu com-

MO-

modum debet assignari prorata laborantium seu mercantium, (b) ut

l. scio 10. in pr. D. d. annuis legat. & arg. l. qui solidum 18. §. 1. cum post D. d. legat. 2. & l. pro debito 6. & l. fin. C. de bonis auth. jud. poss. & l. in nomine domini 2. circa medium. C. d. offic. praesert. praef. Africa.

(b) In MSto extabat mercantium.

Quarto sic: Inter causam de novo inducentem & inductam foventem, non est differentia,

ut l. 3. §. fin. C. d. natural. liberis & de Justin. Cod. confirmand. post princip.

Sed sic est in proposito: quia gallina alba de novo induxit, gallina nigra, inductum ovizavit & fovit. Sic ergo non est differentia in ratione: Igitur juris diversitas non debet insurgere.

ut l. 3. §. 1. D. d. in pesto rupto.

Quinto

Quinto sic: Conjunctorum est eadem ratio.

ut l. plano 34. in pr. D. d. legat. 1. & de l. unica. §. 10. si vero quidam C. d. Caducis tollend. & l. Titius 11. & l. Interdum 13. in pr. D. d. hered. inst.

Sed omnia praedicta animalia in productione effectus ipsius conjunguntur. Igitur censeri debent tanquam conjuncta & non separata. Quod declaratur: ea quorum unum semper alterius auxilio eguit, ab ipso non censetur separata, sed censetur unam consonantiam habere.

ut l. lege 14. C. d. legit. hered.

Censetur igitur omnium istorum eadem consonantia & eadem ratio, non separata. Igitur non sequitur in jure separatio.

ut l. cum ejusdem 34. D. de Edict. & l. si sponsus 5. §. 2. generaliter D. de

D. de donat. int. vir. & uxor. & l. finita 15. §. n. ex hoc D. damno infecto. & in l. 1. §. 17. eude queritur. D. d. aqua quotid. & astiva.

Sextò sic : Cùm in productione ipsius animalis prædicta omnia animalia contulerint favorem : non debet sic favori commo do unius, ut aliorum altare discooperiatur.

ut l. 1. §. 1. C. Commun. de legat. l. asfiduis. 12. C. qui possores in pign.

Sed si pullus assignaretur uni, omnes alii excluderentur.

ut l. Pomponius 40. §. 2. sed & his D. de procuratoribus.

Ex quibus omnibus videtur concludi dictum pullum prædictis omnibus debere adjudicari.

PAR.

PARTIS II. TRACTATIO

Nunc perveniamus ad aliam partem, in qua concludatur: *Quod nullius sit.* Et primo sic: Argumentum à partibus sufficienter enumeratis, est validum in jure.

ut l. patre 8. D. de his qui sunt sui vel alien. jur. & l. obligatio num ferè 44. §. 1. placet D. de oblig. & act. l. 7. ex stipulatione. C. de sentent. & interlocut. omnium jud.

Sed res hominibus acquiruntur, aut jure gentium, vel civili,

ut l. 1. cum seqq. D. de acquir. rerum & §. 11. Inst. de rerum divis.

Sed neutro modorum istorum,
iste

iste pullus potest acquiri alicui de prædiis, ut infra declarabo. Ergo &c. quod declaro: Jure gentium non fit acquisitio: quia interdum hæc acquisitio fit per occupationem, quando res in bonis nullius fuit.

*ut l. 3. D. de acquir. rerum dom.
& §. fere 12. cum §. seqq. Inst. d.
rerum divis.*

Interdum hoc contingit per excessionem (c) distinctam, ut ea que nata sunt ex animalibus nostris.

*ut Inst. cod. §. item ea. 19. & l.
item q. 6 D. de acquir. rerum dom.*

(c) Leg. accessionem

Sed natum non potest dici, quod non fuit parvis erum.

ut l. 1. §. 1. D. de vent. inspiciendo.

quod non fuit in isto pullo.

Interdum hoc fit per excessionem

nem (d) concretam, quod non est in casu nostro

*ut l. 7. adeo §. 2. præterea &
Inst. cod. §. 20.*

(d) L. accessionem.

Interdum hoc contingit per specificationem, ut

*d. l. adeo 7. §. cum quis 7. D. de
Acquir. Rer. dominio & Inst. d.
de Rerum divis. §. cum ex aliena
25. & l. si frumentum 5. §. 1.
idem Pompon. D. de rei vindicat.
& l. sed si ex meis. 26. D. de acquir. rer. dom.*

Id quod non est in casu nostro, ut notatur.

*in d. §. cum quis 7. & d. §. cum
ex aliena 25. Inst. d. de rer. divis.*

Interdum hoc contingit per confusionem unius materie cum altera: quod similiter non est in casu nostro.

ut d.

*ut d. l. 7. §. 8. voluntas, & Instit.
cod. §. si duorum. 27. & l. mar-
cellus 3. §. fin. cum. l. set. D. de
rer. vindicat.*

Interdum hoc contingit per
plantationem seu inferendi mo-
dum, ut in

*§. si Titius & in l. quâ ratione 9.
D. 31. Instit. de rer. divis. de ac-
quir. rerum. dom.*

Interdum per traditionem fa-
ctum, ex contractu juris gentium,
ut

*d. l. 9. quâ ratione §. 3. he quog,
& Instit. cod. in §. per traditio-
nem 40.*

Sed nullo istorum modorum di-
ctus pullus alicui prædictorum pot-
est attribui, ut expræmissis appa-
ret. Igitur cessat acquisitio de ju-
re gentium : Cessat etiam de jure
civilis ut Instit. de usu cap. Ergo &c.
Secun-

Secundo &c. A partibus sufficien-
ter enumeratis ostenditur, quod sit
nullius prædictorum & 1. Ostendi-
tur, quod non sit Barani ; pulli e-
nim non sequuntur domini fun-
dum.

*ut l. non magis 16. D. d. act. empt.
& l. si apes 26. D. de furtis &
Instit. de Rerum divis. §. api-
um. 14.*

Et ratio est, quia non habent co-
hærentiam cum solo : Igitur solum
non sequuntur ut

*l. granaria 18. D. de act. Empti.
& l. Titius 60. D. de acquir. Re-
rum dom. & l. cum fundus 21. D.
de de Inst. & instrum. legat. & in
l. fin. D. de supellect. leg.*

Item quod hospitatum non se-
quitur dominium hospitantis ut

*Inemini 24. C. d. Episcop. acq.
& l. fin. C. in quibus caus. cess.
Long temp. prescript.*

Item non sequitur dominium
Domini ipsius Galli, quia à se
accef-

accessio, non sequitur causam agentem : nec iterum sequitur animal masculini sexus, ut notatur.

Instit. in d. §. item ea qua 19. de R. divis. & in l. si frumentum §. 2. item scribit D. de rei vindicat.

Præterea licet forte Gallus aliquid contulerit disponendo ovum, & sic materiam ad recipiendum tale formatum, non tamen trahit formatum ad se :

arg. l. liberorum 52. §. 14. quod tamen Cassius & l. si cui lana 70. in pr. D. de legat. 3.

Item non potest dici Domini Gallinæ albæ.

Nam ovum transiens in pullum definit esse ovum, nec est reducibile ad primam materiam.

l. Seja 6. §. fin. D. de aur. & arg. legat. & l. quaesitum 78. §. 4. illud & l. lana 88. D. de legat. 3. & l. si convenerit 18. §. penult. D. pignorat. act. & d. l. adeo. 7. §. 3. in flumine. D. de acquir. rer. domin.

Defi-

Definit ergo Dominus Gallinæ albæ habere dominium, Ovi, reberemtâ, ut

l. 8. sicut in pr. D. quibus modis pign. vel hypoth. solvit. l. inter stipulantem 83. D. de V. O.

Item ex quo ovum est extinctum ex eo non est arguendum.

l. qui res 98. §. 8. aream D. de solut. & l. cui 3. §. 1. de postuland.

Item non potest dici Domini gallinæ nigrae, quia si esset Gallinæ nigrae, esset illa ratione, quia specificasset ; Sed hic non interveniunt ea, per quæ res quaratur specificanti : videlicet bona fides, nomine proprio vel nomine alterius ipsum rarum habentis ; & quod materia non sit reducibilis ad primam materiam ut,

d. §. cum quis 7. & d. §. cum ex aliena 25. & d. §. 2. idem scribit.

Duo enim hæc deficiunt in Gallina nigra, quia ovum caret intellectu, ut

l. 1. post. princ. D. si quadrupes.

Præ-

Præterea cum ipsa gallina nigra
foverit ovum ipsum, & ex ipso ovo
exierit ipse pullus, effectus non de-
bet tribui primæ causæ : alias pri-
mæ causæ (e) foventi & quæ dispo-
suit in omni tanquam in proximo,
ut

*l. legitima 6. D. de pactis l. ex
placato 3. C. d. Rerum Permot.
(e) sc. acquireretur vel effectus
tribueretur.*

Item disponens & qualitativè di-
spositum, non censetur ejusdem ge-
neris, ut

*l. final. D. de fund. inst. & instr.
leg.*

Item esto quod pullus dicatur
productus ex Gallina, non est no-
vum, quod producat & productum
diverso jure censeantur.

*l. si aliena 10. §. 2. Scævola D. p.
usucap. l. qui vas 48. §. 2. si ancil-
lo D. d. furt.*

Tertio

Tertio sic : Per animal quod in-
tellectu caret, non fit acquisitio ur.

b l. 1. §. 9. per eum D. de acquir. poss.

Sed sic est in proposito. Ergo
&c.

Quarto sic : Cum quilibet Do-
minorum istorum animalium præ-
tendat, pro solido dominium ha-
bere, nec appareat, quod sit unius
magis, quam alterius, cum omnia
ista animalia contulerunt, (nam si-
ne Gallo non potuit esse iste pullus
item nec sine gallinâ albâ : item
nec sine gallinâ nigâ) igitur se in-
vicem impediunt ut

*l. quotiens in pr. D. d. usufr. 34.
& l. si quis servum 8. §. 3. si inter
D. de legat. 2.*

Et secundum hoc, ratione dubi-
tationis, nulli fiet acquisitio.

*l. si fuerit 10 D. de reb. deb. & d. l. 5.
si frumentum §. final. D. de rei
vind. & in l. cum duo 17. D. de in-
B diem*

*diem addit. & l. in tempus 61.
quoties D. de hered. institut. &
duo sunt 30. D. de testam. tutel.*

Ex quib9 videtur concludi, quod
nulli prædictorum debeat punitio
adjudicari.

PARTIS III. TRACTATIO

Porrò perveniamus ad ter-
tiam partem, videlicet ad
partem Barani, & primò sic
Animal trahit subjectionem
& nominationem à loco, in
quo traxit originem.

*ut l. 1. D. de censibus l. 1. C. de mu-
nicipal. lib. 10. & l. 7. cives C.
incol. lib. 10. & l. provincia 190.
de V. S.*

Sed sic est in proposito. Et
Secundò sic: Fa qvz fiunt in
lo, ut ibi sint, sequuntur fundus
*l. debitor 32. D. de pign. &
isa 32. D. de legat. 2. & l. qui
67. & l. jitta 85. D. de legat.*

Sed sic est in proposito; nam hoc
animal est in esse p' oductum in fūn-
do Barani, undè ibi videtur habere
qvæsi continuam causam, ex qvæ
habuit ibi productionem natura-
lem.

*arg. l. foramen 28. D. de serv. ur-
ban. præd.*

Sed hæc sufficiant pro Barano:

PARTIS IV. TRACTATIO.

Nunc perveniamus ad
quartam partem, vide-
licet, *quod debeat ad judi-
cari domino dicti Galli.*

Fortior est causa in agente qvàm
in patiente.

*l. 2. & fin. C. ad Tertull. Sc. l. 2. §.
objicitur 15. D. eod.*

Sed iste gallus gallinaceus àmans
gallinas, qvæmadmodum vir fœ-
minens amat fœminas, se habet per
modum agentis, ut in

Notatis in l. 1. C. ad L. Pomp. de
parricid.

Quod etiam fortificatur ; quia
res unaquæq; magis denominatur
ab agente , quàm à patiente ut
l. 1. D. de servit. rust. pred. & l. si-
quis minas 32. D. de usufr.

Sed sic est in isto Gallo. Ergò
&c.

Secundo sic : Patiens subjectū
dispositum ad recipiendam formā,
trahit formatum ad se, ut
in l. 3. accepisse. D. de pollicitat.
l. & si non sint 20. §. 11. quid ergò
D. de aur. & arg. legat d. l. si cui
lana 70. §. minor 11. & l. item le-
gato 49. & l. qui filiam 64. in fin.
D. de legat. 3.

Sed sic est in gallo, qui disposuit
ipsum ovum ad recipiendum for-
matum, hoc est dispositionem pul-
li. Ergo &c.

Tertio

Tertio sic ; Jus sexus masculini,
tanquam perfectius & nobilius, de-
bet præferri juri sexus fœminei. ut
l. 1. D. de Senat. & l. in destis 9. D.
de stat. hom. & l. si fuerit 10. §. fin.
D. de rebus dub. & l. fin. D. de fun-
do instruct.

Et hoc fortificatur, quia omnis
accessio fit à potentiori & nobilio-
ri, ut

l. quicquid 27. §. 2. cum partēs:
D. de acquir. rer. dom. & l. si non
sint. 20. §. 13. perveniamus D. de
aur. & arg. legat. sancimus 34.
C. de donat. l. queritur 10. D. ac-
stat. hom. l. 8. alio rem D. de pa-
tis.

Quartò sic : Fortius est jus in
causa præcipiente, quàm in perfici-
ente ut

l. 1. D. de orig. jur. l. si filium 78.
D. de V. O. l. Pomponius 15. de neg.
gest. l. 1. §. 11. si interrogavero &
B 3 S. si

S. si servus 30. D. deposcit l. 3. S. 20. scio. D. de minorib. l. ubi iudicium 30. D. de iudic. l. 1. D. de pœnis l. 3. si filius C. ad S. SCrm. Maced.

Sed dicto Gallus potest dici causa præcipiens. Ergo &c.

Ex quibus concluditur quod ad iudicetur domino Galli.

PARTIS V. TRACTATIO.

DEinde perveniamus ad dominum Gallina alba, & primò sic arguitur:

Jam planum est, quod ovum sequitur Gallinam albam; nam ipsa ipsum fœtavit; igitur tanquam fœtus ipsam sequitur.

ut in S. 16. Gallinarum & in S. item & 19. Inst. de rerum divis. & l.

& l. in bona fidei 40. in fin. D. de acquir. rerum dom. & l. unica S. 9. sexus. C. de re uxor. act. & l. sed & si 25. S. fin. D. de hered. pet.

Hoc præmissis infertur sic: quod superest ex re domini gallinæ albæ, debet ejus esse, ut

l. solum 49. D. de rei vind. l. de eo 12. §. 3. si quis D. ad exhibend. & l. si servus 14. S. 2. ove D. de condi. furt;

Nec curo, utrum sit accessio immediata ipsius gallinæ albæ, ut fuit ovum, an sit accessio unius median- te alio, ut fuit pullus ut

l. quod si oves 26. D. de pet. hered.

Et si aliter diceretur, absurdum esset, quod, quoad ipsius accessio- nis domini acquisitionem, non at- tenderetur id, secundum quod ipsa accessio causatur, sed solummodo

secundum quod percipitur. contra
*l. divortio 7. §. 9. non solum D.
solut. matr. & arg. l. 3. §. 1. D. de
minor.*

Secundò sic : Tunc specificatum
cedit specificanti, quando tria con-
currunt, videlicet quod specificans
fecit nomine suo, & bonâ fide, &
quod specificatum non sit reduci-
bile ad primam materiam, ut

*d. §. cum quis 7. & d. §. cum ex
aliena 25. Instat. de rerum divis.
& d. l. quicquid, 27. & d. l. sed si
ex meo 26. & d. l. adeo 7. & in §.
7. si quis D. d. acquir. rerum.
dom.*

Aliàs specificatum remanet in
dominio illius, cujus fuit prima ma-
teria. Sed hæc tria intervenire non
potuerunt conjunctim, in gallinâ
nigrâ specificante : Nam non po-
tuit intervenire bona fides, quia cõ-
sensu caret.

l. ejus

*l. ejus qui 21. D. si certum, per.
& quod notat. in l. 1. C. de acquir.
poss.*

Remanebit ergo pullus in domi-
nio ejus, cujus fuit prima materia,
videlicet ipsum ovum.

Tertio sic: Argumentum per re-
ductionem ad inconveniens est va-
lidum in jure, ut

*l. 3. in hac §. u. si mecum D. ad
exhib. & l. in leg. 77. D. de contr.
emt. & l. divortio 7. §. 1. D. solut.
matr.*

Sed si dictus pullus cederet do-
mino Gallinæ nigræ, & non gallinæ
albæ, cum ovum desinat esse ovum,
ex quo transformatur in pullum, ut
*d. l. Seja 6. in fin. D. de aur. &
arg. legat. cum similibus.*

Sequeretur quod domino ovi, sine
facto suo perderet dominium suum.
contra:

B §

l. id

*id quod nostrum 11. D. d. R.
jur.*

Item sequeretur, quod alteri per
alterum, iniqua conditio inferretur,
contra

l. non debet 74. D. d. R. I.

Nec dicas, quod per dominum
Gallinæ nigræ, hoc facientis, resarciatur
damnum: ut

in l. 1. D. Si quadr.

Quia hoc damnum datum non
dedit gallina nigra contra naturam,
sed secundum naturam: Igitur cessat actio
contra dominum illius bipedis ut

d. l. 1. § 7. generaliter D. si quadrup.

Quarto sic: In locum alterius
surrogatum, sapit naturam ejus,
quantumcunque primum sit extinctum, ut

l. ser-

*l. servitutes 20. §. 2. si sublatum
D. de servitut. urban. pred. & l.
fin. D. de pignor. & l. mortuus 60.
D. de judic. & l. 1. §. 10. hac actio
D. Si is qui testamento.*

Sed pullus surrogatur ovo: Nam
subrogatio est in locum prioris re-
moti summissio, ut

*l. vetus 68. D. usufr. & l. 1. D. de
novation.*

Ergo &c.

Quinto: Pullus iste non est do-
mini gallinæ nigræ, Ergo debet esse
in dominio domini gallinæ albæ,
quæ ipsum ovum fecerit. Proba-
tio antecedentis; Ex fovente enim
nascitur fœtus, quando fovens di-
sponit in causâ proxima, & non in
effectu: tunc enim effectus insur-
git ab ipsâ causâ proximâ sic finita,
ut

*l. legitima 6. D. de pactis. l. 3. ex
placito D. de rerum permut.*

Item cum gallina nigra se habuit

B 6

per

per modum implentis : effectus enim sequitur ex implente, ut

l. 7. quod enim D. de novat.

Sextò magis debet attendi causa originalis, & eidem effectus attribui, ut innovatio

l. in alio D. de poss. hered. pet. & in l. interveniunt 20. §. cum pradiimus 4. D. de pet. hered. & quod notatur in l. certi conditio 9. in pr. D. si certum petatur. & l. tutor 69 D. de fid. instr. & l. clam. 5. D. de acquir. possess.

Sed gallina alba fuit causa originalis eorum, quæ postea fuerunt subsecuta. Ergo &c.

Septimò, id de quo agitur indubio, est attribuendum causæ antiquiori ut

in l. 11. in fin. D. fini: regul. & prob. in l. 7. emancipatum D. de Senat.

Octavò quicquid est causa causæ, est causa causati, ut

d. l.

d. l. certi conditio in pr. D. Si cert. pet. & l. manumiss. 7. de Inst. & Jur. & l. 1. D. de pactis.

Sed gallina alba fuit causa ovi, & illa prævenit, licet ex ovo nascatur pullus, operâ gallinæ nigræ: Igitur tanquam prævenienti primæ gallinæ albæ domino debet attribui, ut

l. inter eos 19. D. de re jud. & l. 3. in duobus D. de duob. reis. & l. pluribus 32. de Procurat.

Ex quibus videtur concludi, pro domino gallinæ albæ.

PARTIS VI. & ultimarum tractatio.

Nunc veniamus ad sextam partem, & quod dictus pullus attribuatur Gallinæ Nigrae domino, & primò sic: Cum species transit in specificatū, des-

desinit esse species, & totum
tribuitur specificanti ut

*l. Seja o. in fin. D. de aur. & ar-
gent. & d. § 7. & d. §. cum ex alienâ
25. Instit. de rer. divis.*

*& l. lana 88. D. de legat. 3. & l. sed si 26.
D. de acquir. rerum dom.*

Et sic materia transit in materia-
tum, & desinit esse materia, & se-
quitur materiatur, si non est reducibi-
le ad primam formam, ut

*l. si convenerit 18. § penult. si
quis. D. de pign. act. & d. l. que-
situm 78. §. 4. illud D. d. legat. 3.*

Nec dicat aliquis tamen, tunc
speciem cedere specificanti, quando
tria, de quibus fit mentio *in d. §. cū
quis 7. & d. §. cum ex aliena 25.* simul
reperiuntur concurrere; quia il-
lud procedit in specificanti, habente
intellectum, ut verba illa intelli-
gantur in casu, in quo possit cadere,

l. hos

*l. hos accusare 12. §. omnibus D.
de accus. & l. 1. §. 12. non autem
omne D. de flumin.*

Modo in specificante, carente in-
tellectu, non dico, quod acquiratur
specificanti, id est gallinæ. sed acqui-
retur domino specificantis, ut ipsi,9,
de cuius activâ acquisitione quæri-
tur, attendatur vera fides ut

*in l. huiusmodi 12. D. de contrah.
emt. & in l. cum mancipium 51.
D. de Edil. edicto.*

Unde potest dici, ex quo proces-
sit naturaliter, ex ipsa gallina nigra,
quod æquo animo sufferatur, sive
melior sive deterior alterius fiat cō-
ditio, & pro tanto frustra quæritur,
de bonâ vel malâ fide.

*l. 2. §. 6. apud Nannum. D. de ag.
& acq. plur. & l. flumine 24. §. 2
vitium D. de damno infecto. & l.
si servus 29. §. 9. si fornicarius D
ad L. Aquil.*

Vel posset dici, quod quatenus et
coha

cohærens rei illud specificatum, tã-
quam pars cedit specificanti ut

*l. ultimas, si fraudator §. fructus
6. D. que in fr. cred.*

Sed si non est cohærens, sed sepa-
ratum & congr. gatum, & tunc quæ-
ratur, ut accessio.

*l. qui scit 25. §. in alieno. 1. D. de
U. ur. & l. qui fundū 40. §. 3. fan-
di D. de contrab. emt.*

Et secundum hoc sequimur ma-
gis jus corporis, ex quo percipitur,
ut ex sudore, calore, & fomento ip-
sius gallinæ, quàm vim seminis, ex
quo oritur, ut puta ex ipso ovo, ut
d. l. qui scit. §. 1. D. de usur.

Secundo sic : Fortius est ius in
câuâ imprimente formam, quàm
in causâ materiali : quia forma est,
quæ dat esse rei, ut

*l. 9. Julianus §. 2. si quis D. ad ex-
hib. & l. non sunt liberi 14. D. de-
stat.*

*stat. hom. l. si his 8. §. quadam 1. D
ad L. Falcd.*

Sed gallina nigra impressit for-
mam in hoc materiali, quod est ip-
sum ovum ; Nec dicat aliquis, quod
gallina alba fuit causâ ovi. & ovum
câuâ pulli, ut concludat, quicquid
est causâ causæ, est causâ causati :
ubi est advertendū, quod quicquid
est causâ efficiens causæ efficientis,
est causâ causati.

*ut l. liberos 10. & l. 7. mancipa-
tum D. de Senator. l. sed si hac lege
10. §. 9. liberos D. de in jus vocan-
do. l. liberorum 215. D. d. V. S.*

Sed quicquid est causâ efficiens
câuâ materialis, non est causâ
causati, ut

l. ex hoc §. D. d. just. & jur.

Nam jus gentium est causâ effi-
ciens obligationis, (quibusdam ex-
ceptio

ceptio f.) obligatio est causa materialis actionis, ut

l. licet 42. §. 2. ea D. de procurat.
& tamen nõ sequitur, quod jus gentium produxerit ipsam actionem, ut

d. l. ex hoc §. & l. 2. §. 6. ex his D. de orig. jur.

f. hæc verba videntur esse delenda, quamvis extent in MSto.

Sic in proposito gallina alba fuit causa efficiens (causæ materialis) pulli; Sicut in simili; Glans conjuncta terræ producit arborem; ex arbore tanquam ex materiâ fit navis; non tamen inde sequitur, quod navis cedat solo, seu domino soli, ut

d. l. sed si ex meis 26. D. de acquir. rerum dom.

Interdum verò causa materialis, est causa causæ materialis, mediata & non immediata, ut

d. l.

d. l. certi conditio. 9. D. si certum petatur.

Sed in proposito, ipsa gallina nigra fuit causa formalis. Item diverso respectu attento, dicta gallina nigra fuit causa efficiens ipsius pulli; undè naturaliter ab ipsa debet pullus denominari, tanquam ab imprimente formam, ut

l. 2. in pr. & in §. 2. postea. D. de orig. jur. l. 1. §. 6. sed neg. vers. namque. C. d. vet. jur. eund.

Tertiò sic: Quando primo factò aliquid additur vel detrahitur, vel ipsum transmutatur, fit nova species, & à pariter faciente ea nova species denominaretur, ut

l. inconventionalibus 52. & l. 1. §. 3. cum adjicitur D. de V. O. & l. 1. in fin. D. de pret. stipul. & l. 6. jus civile D. de f. & jur.

Sed sic est in proposito, quod ipsa gallina nigra ovum transformavit in speciem pulli. Ergo &c.

Quarto

Quarto sic : Ars imitatur natu-
ram : ut *l. adoptio 16. D. de adopt.*
sed sic est natura , quod gallina, quæ
fovet ipsum pullum, tractat pullos
ut suos, & ipsi ipsam ut suam. Et pro
hoc facit *gl. l. 1. D. de in integr. restit.*
Ergo &c.

Quarto sic : Fructus debet attri-
bui magis laboranti

arg. d. l. Seja 6. D. de aur. & arg.
legat. l. final. C. de alluv. & palud
& l. fin. C. de omni agr. desert. & in
§. ne autem in Auth. de judic. & in
d. l. 2. in nomine domini circamed.
& in §. 9. unumquemq. C. d. offic.
presect. prator. Afric.

Sed ultima gallina nigra magis
laboravit circa pullum producen-
dum in esse, ut naturaliter videmus.
Ergo &c.

Sexto sic : Effectus attribuitur
insufflanti spiritum ut

l. post-

l. posthumus 12. (g.) D. de in just.
rupt. & l. 11. qui libris §. 2. qui te-
stam. D. de honorum posses. secun-
dum tabul. & in §. 4. alio Inst.
quibus mod. testam. infirm. quod
notat. in l. ab hostibus 15. §. 3 sed
quod simpliciter D. ex quibus
caus. manumis. lib. non fiant.

(g) cogitandum est, quomodo lex
isthæc casui nostro sit applicanda.

Sed hæc gallina nigra suo sudore
& calore insufflavit spiritum, pro-
ducendo dictum ovum ad animal.
Ergo &c.

Septimo sic : Iste pullus fomen-
to gallinæ nigræ habuit suum esse:
nam ejus calore & sudore, & con-
tentione alarum fuit in esse produ-
ctus. Ergo ipsum sequitur : ut dicitur
de arbore, quæ alterius terræ fo-
mento coaluit, ut

l. idem Pomponius scribit 5. (ali-
às incipit si frumentum :) §. 3. de
arbore D. de res vind. & l. 7. ad eò
§. final. & l. qua ratione 8. in pr. D.
de acquir. rerum dom.

Post

Possumus ergo dicere: Credibile est arborem terræ alimento alienâ esse factam; & sic (pullum) domini gallinæ nigræ: ut

d. l. sed si ex meis 26. § 2. arbor.

D. de acquir. rerum dom.

Octavo sic: Quæsitum ex opera rei meæ, tanquam ex re meâ quæsitum censetur: ut

l. quis bona 23. post princip. D. de acquir. rer. dom.

Sed ex isto ovo in esse est productum animal, ex opera gallinæ nigræ. Igitur quæritur domino gallinæ tanquam ex re ipsius quæsitum.

Nono sic: Animal quod alium non tangit, vel tempore conceptionis, vel nativitatis, ipsum non sequitur, nec cum eo quicquam habet commune: ut

l. Paulus 29. §. 1. D. de peculio &

l. si convenerit 10. §. 2. si fundus

D. de pign. act. & quod notatur

in l. 1. D. de Salv. interd. & l.

6. Titus. D. de suis & legat.

Sed

Sed secundum tempus conceptionis, & etiâ extractionis extra gulfem. (h) cum definit esse ovum, nullo dictorum temporum tangit dominum dicti ovi. Ergo &c.

(h) Italis putamen est ovi

Decimo sic; ac eo quod nobiliter confert res denominatur ut

l. 4. jubere. & quod ibi notatur

D. de jurisd. omn. jud.

Sed sic est in gallina nigra. Ergo

c.

Ex his omnibus concluditur, quod dictus pullus, cedat domino dictæ gallinæ nigræ: Et hanc partem fortioribus rationibus roboratam, & iuri naturali consonantem, vulgari hominum conformem, iudicatum esse veriorum: Non obstantibus in contrarium alligatis;

Quibus præmissis apparet solutio.

F I N I S.

Faint, mostly illegible text on the left page, possibly bleed-through from the reverse side. The text is arranged in several lines and appears to be a list or a series of entries.



21112

The right page of the book is blank, showing only the texture of the aged paper and some minor discoloration or foxing.



